



BIBLIOTHECA  
UNIV. JAGELL.  
CRACOVIENSIS

40576

I

Mag. St. Dr. P.

Fevr. 32 32

Wieruszowski Stanislaw: Quæstio theolo-  
gica de termino unionis hypostaticarum.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0003045

# QVÆSTIO THEOLOGICA

De Termino

VNIONIS HYPOSTATICÆ

Ex M. Sentent: lib: 3. dist: 5. 6. & 7. desumpta.

M. S T A N I S L A O  
WIECZORKOWSKI,  
S. Th: Sententiario & Professore, Canonico  
S. FLORIANI.

*In Alma Academia Cracouien: promore antiquo à  
S. Facultate Theologica præscripto in concursu*

PROPOSITA

ANNO SANCTISS: IVBILAEI 1650.

Mense Nouemb: Die 8. hora 16.

LECTORIO DD. THEOLOGORVM.


LIBRARIÆ  
URBIS CRACOVIAE

C R A C O V I A E,  
In Officina Typographica Valeriani Piackowski.

CVm tota cooperata sit Trinitas formationem suscepiti hominis,  
solus tamen Filius suscepit humilitatem in singularitate Personæ,  
non in vnitate Naturæ : id est, in eo, quod proprium Filij est, non  
quod est commune Trinitati.

*Concil: Toletanum vj.*

40576 T



# QVÆSTIO THEOLOGICA.

V. Vnionis hypostaticæ Substantialis supernaturalis, in Persona Verbi Diuini factæ, & compositæ: adæquatus, & formalis terminus, sit aliqua entitas increata, absoluta, an autem creata, & relatiua, nec ne?

Vnio

## CONCLV SIO I.

VNio hypostatica est substantialis supernaturalis.

### C O R O L L A R I A

1. In Christo Domino preter unionem hypostaticam, unio essentialis datur.
2. Unio tamen hypostatica propriè essentialis vocanda non est.
3. Nec unio ex Natura et Supposito: vel ex esse et essentia, appellari debet.
4. Unio hypostatica omne donum gratie et glorie pure creatum, simpliciter transcendit.
5. Eadem, nulli creature quantumuis perfecte, etiam si visione Dei fruatur, communicari potest.

## CONCLV SIO II.

VNio naturæ Diuinæ & humanæ in Persona, vel hypostasi Verbi facta est.

### C O R O L L A R I A

1. Unio Verbi Incarnati in Naturam tanquam in termino, nullo modo fieri potuit.
2. In Christo post unionem, duæ nature complete in eadem

eadem Persona Verbi unitę, realiter distinctę manent.  
3. Duo tamen Supposita diuisa, seu realiter distincta  
in Christo non dantur.

4. Verbum Diuinum Personam Naturę Creatę non  
assumpsit: Imo Naturam in propria personalitate exis-  
tentem assumere hypostaticè non potuit.

5. Natura humana Personę Diuine unitę, non cau-  
savit in ipsa personalitatem, sed ad eius Personalitatem  
præexistentem est tracta,

## CONCLUSIO III.

PERSONA CHRISTI post vniōnē hyposta-  
ticā, vere, & propriè ex naturis duabus est  
composita.

## COROLLARIA.

1. In Persona CHRISTI, eadem est ratio composi-  
tionis ex Supposito seu Personalitate Verbi, et humani-  
tate: quę ex Verbo Diuino, ac Natura humana.

2. Extrema compositionis istius, rationem partis, vel  
entis incompleti non habent.

3. Compositio quę inuenitur in Christo, ordinem com-  
positionum naturalium excedit.

4. Per unionem hypostaticam neq; Diuinitas in Carnem, neq; Caro in Diuinitatem converti potuit.

5. Due Naturę in Christo faciunt vnum substantia a modo supernaturali, et magis vnum, quam Compositum ex Materia et Forma.

## C O N C L V S I O IV.

TOTALIS & adæquatus vniōnis hypostaticæ terminus, est aliquid creatum.

## C O R O L L A R I A.

1. Unionis seu actionis Incarnandi terminus, impro priè Creatus denominatur.

2. Is terminus totalis per has voces: CHRISTVS: DEVS HOMO: seu VERBUM INCARNATVM: optimè exprimitur.

3. Per unionem hypostaticam Homo non est factus Deus, sed solum Deus factus est Homo.

4. In Mysterio Incarnationis, non Verbum, sed natura humana realiter mutata fuit.

5. Nihil tamen substantiale creatum per unionem humanitatis ad Verbum in Natura Christi assumpta productum est.

CON-

## C O N C L V S I O V.

R A t i o formalis terminandi naturam humana m in Christo, est aliquid relatiuum.

### C O R O L L A R I A.

1. F i s t a r a t i o terminandi, e s t Personalitas seu Subsistentia Verbi, per quam in E s s e Filij constituitur.

2. Natura humana Verbo v n i t a , eadem relatione t u m ad Personam in Trinitate Secundam, t u m ad Naturam Diuinam refertur.


3. H e c v n i o e s t r a t i o l o l u m d i s q u i p a r a n t i e , n o n e - q u i p a r a n t i e .

4. Post v n i o n e m h y p o s t a t i c a m , H u m a n i t a s C h r i s t i f o r m a l i t e r et i m m e d i a t e p e r P e r s o n a l i t a t e m V e r b i s u b s i s t i t .

5. Natura humana in Christo natural e m appetitum ad propriam Subsistentiam, vel Existentiam, non habet.

V e r b o D e i I n c a r n a t o , & eius  
Matri Intemeratæ gloria,  
& reuerentia.

C O N V I C T A S A I



Sub felicibus auspicijs  
*Clarissimi & Magnifici Domini,*

D. GABRIELIS OCHOCKI,  
Philos: & Medicinæ Doctoris &  
Profess. Consulis Vrbis & Almæ Academiæ  
Cracoviensis  
RECTORIS  
Vigilantissimi.

XKIV. 3. 32

